

salvare Marchionem in persona, & rebus &c. &c. Die Jovis XI. exeuntis Augusti in valle Granæ præsentibus Lantemo de Moizo, Vermo de Summaripa, Conrado de Lanerio, Ferraris de Valentio, & magistro Alexio testibus. Dominus Vermus marchio istis promisit suo nomine, & nomine patris sui Domino Guidoni de Plovera consuli Alexandriæ nomine, & vice communis Alexandriæ stipulanti, & Domino Ghisulfo Acerbo Ambaxiatoribus communis Alexandriæ, & super sancta Evangelia 10 juravit attendere, & observare omnia, quæ in hanc formam continentur, & sicut in ipsa continentur, & per virgam, quam manu sua tenebat, Dominum Guidonem de Plovera nomine, & vice communis Alexandriæ investivit de isto feudo suo nomine, & nomine patris sui Bonifacii, & eidem nomine communis Alexandriæ sua bona obligavit infra-scriptus Dominus Gullielmus marchio, & Dominus Guidus de Plovera, & Dominus Ghisulphus Acerbus Ambaxiatores communis Alexandriæ, inde duas 20 cartas fieri ejusdem tenoris præceperunt anno Dominicæ Incarnationis MCCIII. indictione VI.

Procuratio Gulielmi marchionis Montisferrati pro viarum instauratione, ac pedagiis.

120

M C C I V.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo quarto, indictione septima, octavo die intrantis januarii. Dominus Vermus marchio Montisferrati constituit Dominum Rodulfum Pastorem, & Dominum Muttum de Felizano suos nuntios, & Procuratores ad ordinandam stratam per Alexandriam, & ejus poderium, & per terram istius Marchionis, & ad pedagium constituendum, & ordinandum, & jurandum, & quidquid inde ipsi fecerint ratum habere, & firmum promisit, ac si ipsemet in propria persona fecisset in omnibus, & per omnia. Actum Nonis feliciter. Interfuerunt testes rogati Guido de Plovera, Dominus Albertus Balbus, & Dominus Manfredus Pastor, Dominus Jacobus Pectenarius, & plures alii.

Additamentum fæderi inter Marchionem Montisferrati, & Alexandrinos.

121

M C C I V.

Hæc est concordia pacis de facto de Rivortorto homines de isto loco, scilicet de Rivortorto, qui manent extra dictum locum Rivortorti debent 50 redire ad manendum in dicto loco Rivortorti, & si hoc non posset esse, Marchio debet recipere tale inscontrum, quale dixerit potestas Albenfis. Item potestas Albenfis debet habere in commendiam castrum Castelletti tali modo, quod totum hoc, quod Marchio infra quadraginta dies per instrumenta, sive per testes poterit ostendere, quod habebat Dominus Gullielmus de Pallodo, & filii ejus aliqua ratio per sese, non perfoeminam, non per aliud... Potestas Albenfis debet disblicare Marchioni, quod 60 tenerent de Marchione, & Marchio non possit vendere, non alienare ipsum castrum alicui personæ non Alexandrinæ, nisi fuerit parabola communis

Alexandriæ, & Marchio debeat habere fidelitatem omnium hominum de Castelletto tali modo, quod possit guerriare de infra-scripto castro omni homini præter commune Alexandriæ, & communis Alexandriæ eodem modo debeat habere fidelitates omnium hominum infra-scripti castri, & possit guerriare de infra-scripto castro omni homini præter Marchioni, etsi eveniret quod Marchio, & homines Alexandriæ infimul haberent discordiam non debeat evenire 10 malum Marchioni, nec communi Alexandriæ de villa nec de castro, nec de personis Castelletti. Concordia illorum de Occimiano ita debeat manere firma sicuti instrumenta utriusque partis relegunt. De facto Belengeriis homines Alexandriæ debent tenere Montem Castellum, castrum, & villam, & dominium, & jurisdictionem præter quod Belengerii debent tenere suos doneos, & omnes eorum districtus, redditus, quos habere debent in dicto castro, præter fodrum, & bannum, & in quolibet anno communis Alexandriæ debet dare eis Belengeriis denariorum Papiensium libras centum, & tantum munus, quantum potestas Albenfis dixerit cum Marchione. Item Marchio omni anno debet dare communi Alexandriæ denariorum Papiensium libras viginti de illis de pedagio ad tenendum Pontem Conzatum, & ipse communis debet tenere eum conzatum ad omnes eorum expensas habendo Marchionem omnes redditus, quos habere debet, sicuti continetur in instrumento de pace veteri, quam cum eo fecerunt. Omnes homines Alexandriæ debent facere fidelitatem Marchioni, salvo communis Mediolani, & Vercellarum, & Albæ. Item Marchio debet dare stratam communi Alexandriæ, ducendo stratam per Montemferratum ubi voluerint, & homines Alexandriæ similiter debent dare stratam Marchioni ducendo similiter, ubi ipse voluerit per Montemferratum, remittendo Alexandrinis de Feudis, quos homines Alexandriæ de Marchione tenebant, per suam terram debent tenere stratam quam ante guerram tenebant. De discordia Marchionis, & illorum de Foro, & Marchio debeat eligere unum suum amicum, & illi de Foro unum suum, qui debeat omnes concordare. De debitis, quos Marchio debet dare hominibus Alexandrinis, Marchio debeat solvere sortem ad manum, vel per illos certos, quos potestas Albenfis dixerit. Item si aliqua discordia erit inter Marchionem, & homines Alexandriæ sit in potestate Albenfi, ... nec de debitis, nec de aliquo godimento, quod aliquis homo Alexandriæ habuerit de rebus Marchionis. Item D. Manfredus promisit, quod faciet promittere Marchionem dandi fortiam, & rationem de concordia Mediolanensi, & Imperatoris bona fide. Item D. Manfredus promisit se facturum, quod Marchio faceret Regem dare suam bonam voluntatem Alexandriæ, & quod Rex faceret eis privilegium.

Ego Moneta Matafcus huic interfui, jussu D. Cuilliemi de Rivortorto Judicis assessoris, atque Vicarii D. P. Stricti potestatis Albenfis.